Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



84

FRATRES De Septimanariis coquinę.
sibi inuicē seruiant et nullus ex
cusetur a coquinę officio. nisi aut egri-
tudine. aut in causa grauis utilitatis quis
occupatus fuerit. quia exinde maior merces
et caritas acquiritur. In becillibus autem procurentur
solatia. ut non cum tristicia hoc faciant. s; ha
beant omnes solatia secundum modum congregatio-
nis. aut positionem loci. Si maior congregatio
fuerit. cellerarius excusetur a coquina. vel si qui ut dix
imus maioribus utilitatibus occupantur. ceteri sibi ser
uiant inuicē sub caritate. Egressurus de septi
mana sabbato mundicias faciat. lintea cum
quibus sibi fratres manus aut pedes tergunt lauet. Pedes
uero tamen ipse qui egreditur. quam ille qui intraturus est omnibus
lauent. Vasa ministerii sui munda et sana
cellerario consignet. Qui cellerarius item intranti con
signet. ut sciat quid dat. aut quid recipit. Septi
manarii autem ante unam horam refectionis accipi